



Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris
Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

S. Quadrati Episcopi Atheniensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-43699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-43699)

Obitus viri
sancti.

antistites Mellitum & Iustum ordinavit, quibus etiam pro sua benignitate possessiones necessarias assignavit. Post quæ vir sanctus plenus dierum bonorumque operum lætus ex carcere corporis huius ad cælos migravit. Cuius corpus in Ecclesia monasterij ab eo ædificati beatis Apostolis Petro & Paulo sacra sepulchrum est.

In lib. de vi
ris illustrib.

VITA B. QUADRATI ATHENIENSIS
Episcopi, Apostolorum Discipuli, per D. Hieronymum
presbyterum scripta.

26. Maij.

Liber à S.
Quadrato
compositus

Quadratus Apostolorum Discipulus, Publio Athenarum episcopo ob Christi fidem martyrio coronato, in locum eius substituitur, & Ecclesiam grandi terrore dispersam, fide & industria sua congregat. Cumque Hadrianus Athenis egisset hyemem, inuisens Eleusinem, & omnibus penè Græciæ sacris initiatus dedisset occasionem, huius qui Christianos oderant absque præcepto Imperatoris vexare credentibus, porrexit ei librum pro religione nostra compositum, valde vilem, plenumque rationis & fidei & Apostolica doctrina dignum, in quo & antiquitatem suæ ætatis ostendens, ait plurimos à se vivos, qui sub Domino varijs in locis oppressi calamitatibus sanati fuerant, & qui à mortuis resurrexerant.

VITA S. BEDAE PRESBYTERI ANGLICI ex Trithemio Abbate, Lib. 3. cap. 155. De Viris illustribus. Sigebertus eum obiisse scribit anno Domini 731. Trithemius vero 33. anno ætatis suæ 721. Leone Imp. Consule Baronium in notat hoc die.